

V7:380122
XX004815709

Biblioteka Gł AWF w Krakowie



1800068176

53183



1530

BIBLIOTEKA
WYŻSZEJ SZKOŁY FIZYKO-MATEMATYCZNEJ
W KRAKOWIE
1338

Nr law. _____

NATALEM NICOLAI COPERNICI

OLIM UNIVERSITATIS CRACOVIENSIS

ALUMNI,

POST ELAPSA QUATUOR SAECULA

die 19 Februarii 1873

in Aula Collegii Novodvorseciani

pie celebrandum

indicit

EDUARDUS FRANCISCUS FIERICH

J. U. Dr., austr. ordinis Francisci Josephi Eques, Professor jurium p. o.,

Rector c. r. Universitatis Cracoviensis

cum

Senatu Academico.

~~~~~

Insunt: Nicolai Copernici Septem Sidera atque Commentatio de vita et scriptis eius  
a Martino Radyminscio a. 1658 concinnata.

~~~~~

Cracoviae

Typis et impensis c. r. Universitatis,

Provisore Constantino Mańkowski.

1873.

Quadringentesimus modo labitur annus a die 19 Februarii 1473, quo NICOLAUS COPERNICUS, celeberrimus astronomiae instaurator, ex patre Nicolao scabino Torunensi et matre Barbara Watzelrodia Torunii, regnante Casimiro Jagellonida, natus est.

Annum agens duodevicesimum ad altiores disciplinas capessendas Cracoviam, ubi olim parens eius sedem ac domicilium habuerat, se contulit, atque commutatione hiemali, mense Octobri anni 1491, Rectore Mathia de Cobilino S. Theologiae Professore, in Album Studiosorum Universitatis Cracoviensis relatus est. Hic dictae tum Facultati artisticae (philosophicae), Decano huius ordinis Joanne Sacrano de Oświęcim S. Theol. Baccalaureo, operam navabat, deditusque studiis mathematicis et cognitioni corporum coelestium atque litteris antiquis, omne tempus suum in audiendis Magistris: Alberto de Brudzewo, Stanislao de Ilkusz, Alberto de Pniewy, Stanislao Biel, Matthia de Cobilino, Thoma de Obiedzino, Michaële de Bystrzykow dicto Parisiensi, Jacobo de Szadek, Martino de Ilkusz et aliis collocavit. Altioribus ita doctrinis Cracoviae initiatus Copernicus in Prussiam contendit, ubi collegio Canonorum cathedralium Varmiensem adscriptus est, indeque a. 1497 in Italiam profectus, in Academiis Bononiae et Patavii lectiones juridicas atque medicas frequentabat. Atqui et hic gratam Cracoviae memoriam retinuit; pio enim amore eorum reminiscebatur, a quibus primitias doctrinae hauserat, iisque, ut aiebat, cuncta accepta referebat, quibus immortalem postea gloriam adeptus est. Anno 1509, annisque insequentibus identidem Cracoviam hospitatus, una cum Professoribus Universitatis Cracoviensis studia astronomica continuabat, eorumque observationes, ut in celebratissimo opere suo: *De revolutionibus orbium coelestium Libri VI.* (Norimbergae, 1543) commemorat, ad novas investigationes convertibat. Anno 1509 Copernicus Cracoviae etiam typis exarandam curavit translationem suam, quae inscribitur: *Epistolae morales, rurales et amatoriae Theophilacti Simocati* (secretarii Aulae Byzantinae saeculo VII. post Chr. n.). Jam vero cum Varmiae versaretur, Copernicus per litteras cum amicis et commilitonibus Cracoviensibus familiarissime colloquebatur, uti patet ex eius Epistola de octava Sphaera contra Wernerum, scripta Varmiae die 3 Junii 1524 ad Bernardum Vapovium Canonicum ecclesiae cathedralis Cracoviensis.

Gravissimum autem documentum singularis pietatis, grataeque memoriae, qua Copernicus Almam Matrem Jagellonicam semper prosecutus sit, perhibet nobis Albertus Caprinus Buccoviensis, qui in praefatione sui Iudicii astrologici, Cracoviae die 27 Septembris 1542, ad Samuelem Macieiovium Episcopum Plocensem, de vivo tum atque sano Copernico ita scribit: „Ex hoc enim (Cracoviensi) Gymnasio multi Mathemata hauserunt, qui in Germania magna cum laude et emolumento studiosorum eadem profitentur, quorum honoris gratia nomino Nicolaum Copernicum Canonicum Varmiensem, qui huius urbis olim hospitio usus est, et


„haec quae scripsit in rebus mathematicis admiranda, plura etiam edenda instituit, ex hac nostra Universitate ceu ex fonte primum accepit. Id quoque ipse non solum non diffitetur (benignum esse et plenum ingenui pudoris iudicio Pliniano existimans, profiteri per quos profeceris), verum hoc quidquid est, totum nostrae fert acceptum Academiae.“

Quapropter post mortem etiam Nicolaus Copernicus (obiit autem die 24 Maii a. 1543 Frauenburgi) in Universitate Cracoviensi perenni vivet omnium saeculorum memoria. Atque in primis ingeniosus Copernici existimator Ioannes Broscius Dr. Phil. et Professor astronomiae in Maiori Collegio Academiae Cracoviensis, vitam, emendataque opera praestantissimi viri posteris traditurus, litteris commendaticii a Rectore Basilio Golinio instructus, aestate a. 1618 Torunium, indeque Varmiam profectus est, ubi dum bibliothecas, chartophylaciaque publica perscrutatur, nonnulla exemplaria eaque emendata operis Copernici „De revolutionibus orbium coelestium“ et poëma typis nondum excusum, cui titulus: „Septem sidera“, reperit. Haec carmina, quae insolitum Copernici ingenium poëticum testantur, idem Broscius anno 1629 Cracoviae in officina Francisci Caesarii, forma 4ta, fol. duodecim, edidit atque Pontifici Maximo Urbano VIII. dedicavit. Unicum et solum exemplar primae huius editionis asservatur hodie quoque in Bibliotheca Universitatis Cracoviensis. In germanicum sermonem translata sunt haec Copernici carmina a Dr. Francisco Hipler a. 1857; polonice ea reddidit Ignatius Badeni a. 1854 et Narbrzan Bętkowski a. 1858.

Praeterea primus ille Broscius varia et memorabilia ex vita Copernici collegerat, quae in conscribenda eius biographia Simon Starovolscius (in libro: Scriptorum Polonicorum Ekantotas. Venetiis 1627) multa cum laude usurpavit. Eodem ex fonte Petrus Gassendus, omnesque, qui secuti sunt, vitae Copernici scriptores hauserunt. Denique idem Broscius effigiem Nicolai Copernici, patrisque eius ex archetypis depingendam, atque ad perpetuam memoriam in Bibliotheca Universitatis Cracoviensis collocandam curavit. His igitur, quae a Broscio collecta, aliundeque cognita erant, usus est Martinus Radyminscius Collegii Maioris Univers. Cracov. Professor, commentationemque de vita et scriptis Nicolai Copernici a. 1658 concinnavit, quae nunc primum in lucem prodit.

Cum denique aetate nostra opus Copernici „De revolutionibus“ rarius factum, nec ab omnibus iuste existimatum esset, Ioannes Sniadecki Univers. Cracov. Professor in dissertatione, in diversas linguas translata, quanti aestimandum et quo loco in republica litteraria habendum esset, luculenter illustravit.

Est igitur Universitatis Cracoviensis, quae hunc clarissimum instauratorem astronomiae primitiis doctrinarum aluit atque produxit, memoriam Copernici solenni modo renovare; est Almae, inquam, Matris Jagellonicae diem natalem grati filii sui, cui elapsis quatuor saeculis universus terrarum orbis summas laudes unanimi sententia persolvit, omnium sermone laetitiaque celebrare.






NICOLAI COPERNICI
SEPTEM SIDERA.

Accedit

De vita et scriptis Nicolai Copernici Commentatio

a Martino Radyminscio a. 1658 concinnata.



Cracoviae

TYPIS ET IMPENSIS C. R. UNIVERSITATIS,
Provisore Constantino Mańkowski.

1873.

NICOLA COPERNICUS

DE REVOLVTIONIBVS SÆPTEMBRIS

De vita et scriptis Nicolai Copernici Commentarius

a Martino Waldemühlis a. 1678 conscriptus.

THEATRO PUBLICO VINDOBONENSIS

1678

URBANO VIII.

PONTIFICI

Optimo Maximo.

Regis Regum incunabula et pueritiam, Beatissime Pater, septem tabellis Tuae Sanctitati offero. Novum est picturae genus. Non enim lignum, non aes, non tela defert istas imagines, sed coelum. Color etiam in densissima nocte spectabilis. Artificium porro tantum, ut vel Apelli non cedat: dubito an non superet. Quadraginta octo imaginibus antiquitas coelum distinxerat: in his autem multa fabulosa, ut ex Higino aliisque patet. Displicuit authori novae picturae, splendori coelesti tenebras fabularum permistas esse. Veritati lucem, luci veritatem iungere aggressus, primas tantum duxit lineas: paulo tamen ante mortem commisit bono artifice colores inducendos. Hoc artis arcanum per aliquot iam manus a Copernico in Academia Jagellonia ivit. De quo cum ego a praeceptoribus secreto didicissem: ut certiora haberem, in Prussiam abii. Tacendo quaerebam, veritus ne tam praestans inventum, vel potius inventi residuum meas manus effugeret, vel ut isto saeculo ingenia aemula sunt non docilia, quoquo modo averteretur. Ac tandem ab Illustrissimo piaie memoriae Simone Rudnicio ad veteres Varmiae bibliothecas, quarum nonnullas iam violenta manus invasit, dum nihil contemno, dum minutissimas etiam chartulas, quibus boni artifices aliquando praestantissima inventa breviter committunt, executio: ad illud Archimedaicum *ἔυρημα*, *ἔυρημα*, ventum est. Deiecit antiquas quadraginta octo imagines, novas quadraginta novem induxit, fortasse ob septenarii dignitatem, vel quod magis credo, ut medium haberet ab extremis aequaliter distans. Quae enim tabella huius septenarii, illa quoque totius seriei media est, hoc est vicesima quinta. Deus bone quam pulchra! quam nitida! quam omnibus saeculis atque locis communis! Singuli versus stellae sunt, nulli elisioni, vel ut mathematice loquar, nulli eclipsi obnoxiae.

Iam ante sedecim annos praemisso primo prodromo, de hac re nonnihil indicaveram: deinde ante decem cum in Italiam irem, altero sub auspiciis Illustrissimi et Reverendissimi Domini, Domini Martini Szyszkowski, Dei Gratia Episcopi Cracoviensis: eorumque exemplaria nonnulla minuta forma Romam ad amicos meos, nominatim vero Reverendum Dominum Abrahamum Bzovium transmiseram; sed et ad alios per Germaniam. Viderintne illa Bayerus aut eius successores, Deus quidem novit. Certe neque iisdem principiis, neque iisdem mediis, etsi ad eundem finem insistunt. Examinabuntur haec, uti existimo, ab iis qui felicissimum Lynceorum institutum sequuntur. Licebit cuique pro suo arbitrato coelum, quod in haereditatem cunctis relictum est Plinio teste, distinguere. Ego hanc dispositionem a primo inventore Copernico Sanctae Sedi Apostolicae destinatae ex antiquis bibliothecis produco, Tuaeque Sanctitati

Magne parens, ter sancte parens, cui credita coeli
Imperia, auspiciis dudum firmata Deorum

supplex offero; liceat enim uti tui doctissimi Vatis carmine. Deus Te, Beatissime Pater, Ecclesiae Sanctae diutissime conservet, ut meliphontogae Tuae Apes mel suavissimum publicae per orbem tranquillitatis proferre nunquam cessent.

Sanctae Apostolicae Romanae Sedi

et Tuae Sanctitati

obsequentissimus

Joannes Broscius

Doctor Medicinae, Baccalaureus Sacrae Theol. et eiusd.
Facultatis Ordinarius in Acad. Crac. Professor.



SIDUS I.

Christum a Prophetis promissum proponit.

Promissum cupitis cernere principem,
Qui vos in populum quandoque liberum
Praestans asserat heros,
In regnoque suo beet.

Expectate parum, mox aderit pius:
Non est is Pario marmore durior,
Nec quisquam citus aequae
Votis annuit optimis.

Sed differt animi consilium sui,
Ut desiderii fervidioribus
Expectatus hic hospes
Possit gratior excipi.

Des Nikolaus Kopernikus

SIEBENGESTIRN

übersetzt von Franz Hipler.

*

DAS I. GESTIRN.

Verheissung Christi durch die Propheten.

Den verheissenen Herrn sehn zu schau'n ihr euch,
Ihn, der einstens euch frei macht und zum grossen Volk,
Euch zu Herren erhebt
Und im ewigen Reich beglückt.

Nur ein Weniges noch harret, und er erscheint,
Nicht ist härter er als parischer Marmorstein,
Auch kein And'rer so eilig
Eurem edelen Wunsch willfahrt.

Nur vertaget des Geist's festen Entschluss er noch,
Dass, indem wir auf ihn harren mit glühndem Wunsch,
Er uns, als ein Ersehnter,
Ein noch lieberer Gastfreund sei.

Mikołaja Kopernika

SIEDM GWIAZD

przekładu Ignacego Badeniego.

*

GWIAZDA I.

O Chrystusie obiecany od Proroków.

Pragniecie widziec władcę, Pana tego świata,
Którego wam przybycie nieba obiecały,
Który siebie z ludzkością, ludzi z ludźmi zbrata,
I w swém królestwie pokój im zapewni stały.

Poczekajcie! niedługo ów święty się zjawi,
Nie będzie on tak twardym jak na Paros głazy,
Owszem bozką potęgą całą ludzkość zbawi,
Chętnie prosby wysłucha, przebaczy urazy.

Lecz wielkie ducha swego odkłada zamiary,
Aby z większym pragnieniem był oczekiwany,
By mu gorętsze serca składano ofiary,
Kiedy na świat wyrzuci wielkie świata zmiany.

Cum vero veniet Pastor Olympius,
Tum distenta ferent ubera candido
Plenae lacte capellae,
Plenae pignoribus bonis.

Non iumenta ferus disiiciet leo,
Miserabit pavidam mitis ovem lupus,
Hic nascetur amomum,
Ilic cinnama, saccarum.

Pascet lanigeras Pastor oviculas,
Omni laeta dabit pascua copia,
Uno millia fonte
Potabit sitientia.

O fons perspicuo splendidior vitro,
Summis orte citra principium iugis,
Huc delabere tandem,
Gentis pelle tuae sitim!

Doch wenn endlich der Hirt kommt von Olympus Höh'n,
O, dann werden geschwellt tragen von weisser Milch
Ihre Euter die Heerden,
Bergend edeles Unterpfand.

Nicht zerfleischt alsdann Libyens Löw' die Heerd',
Mit dem schüchternen Lamm koset der Wolf gezähmt;
Hier wird Balsam erblühen
Und dort Zimmet und Zuckerrohr.

Und die wolligen Schaf' weidet alsdann der Hirt,
Bietend fröhliche Weid' jedem in reicher Füll',
Und er tränket mit einer
Quelle Hunderte, Tausende.


O Quell, heller noch als schimmernder Bergkristall,
Du vom höchsten Gebirg fliessend und anfangslos,
Ströme endlich zu uns auch
Und verscheuch' deinem Volk den Durst.

Gdy więc przybędzie Pasterz, którego świat czeka,
Zaraz i kozy strojne w bogate wymiona.
Dostarczą najczystsze i zdrowego mleka,
I z siebie dobrych rodów wydadzą nasiona.

Nie rzuci się na owcę wilk łupu spragniony,
Dziki lew z żywnej paszy bydelka nie zgoni;
Tu rosnać będą same cukry, cynamony
I te kwieciste wieńce drzew cudownej woni.

Bujne niwy wydadzą obfite pastwiska,
Pasterz owce paść będzie na tej tłustej roli.
A tam gdzie jedno czyste z nieba źródło tryska,
Tysiącami spragnionych napoi dowoli.

O ty, źródło czystsze nad szkło przezroczyste,
Co plyniesz bez początku, zawsze, wszędzie czyste,
Przypływaj nam nareszcie, dokończ twego cudu,
Ugaś pragnienie ciebie spragnionego ludu.



*

SIDUS II.

Christum a Patribus desideratum proponit.

Cur sic aula domus empyreae patet,
Et sol ante latens clarior emicat?

Dulci mella liquore
E duris scopulis fluunt?

Mundus bellipotens attonitus silet,
Pulchris laeta nitent arva coloribus,

Miro fragrat odore
Aër his nimium locis?

Praegnans Helisabeth, quae sterilis fuit,
Cum praegnante canit virgine carmina.

Claro iubila plausu
In summos abeunt polos.

Illam saepe frequens Angelus in domum
Laeta fronte volat, laetior evolat:

Regem nuntiat illum,
Qui venturus agit moras.

*

DAS II. GESTIRN. Die Erwartung des Heilandes.

Weshalb stehet so weit offen des Himmels Thor?
Warum leuchtet die Sonn' heller als wie vordem?
Sehet, lieblicher Honig
Strömt aus rauhem Gefels mit Macht.

Kriegerüstet die Welt schweiget vor Staunen still,
Schön in Farben erstrahlt Anger und Flur ringsum,
Wunderbarlich erduftet
Hier die Luft und betäubt uns schier.

Schwanger singet die schon greise Elisabeth
Mit Maria ein Lied, welche stets Jungfrau blieb:
Hell erschallender Jubel
Hoch hinauf zu dem Aether dringt.

Oft der Engel entschwebt freudig zu jenem Haus,
Und nur freudiger noch kehret er stets zurück,
Er verkündet den König,
Der nur kurz noch zu zögern scheint.

*

GWIAZDA II. O Chrystusie pożądanym od Ojców.

Czemuż stoi otworem mieszkanie Proroka?
I czemu dawniej skryte świetniej słońce błyska?
Czemu dziś i ta słodka pilnych pszczoł patoka,
Po twardych skalach płynie, z nich na świat wytryska?

Czemuż bitne narody milczą osłupiale,
I lśnią się bujne niwy odziane w szkarłatę?
I czemu ten widokraż, to powietrze całe,
Wszędzie wkoło rozruca woniejące kwiaty?

Dziś brzemienna Elżbieta, co nieplodną była,
Śpiewa z brzemienną Panną świątobliwe pienia,
A ta radość co w piersi tych niewiast ożyła,
Swoim głosem dosięga niebiosów sklepienia.

Do ich domu tak często pilny Anioł włata,
Wesoly przylatuje, weselszy odleci,
Zwiastuje tego Króla, tego Pana świata,
Tego Ojca co spóźnia przybycie do dzieci.

O summi soboles inclita principis
Pura nascere iam, nascere virgine!
Iam descende paterno
Expectate nimis sinu!

Te desiderio poscimus intimo,
Consolare pios ocius anxios,
Eia vise superne
Imam parvule patriam!

Felix ante sacras una puellulas,
Quae coeleste suo fert utero decus!
O aurora serenum
Velox luciferum vehe!

O erhabener Spross du von dem höchsten Herrn,
Von der Jungfrau so rein werde uns doch geschenkt!
Steig', unendlich Ersehnter,
Endlich du von des Vaters Schooss!

Dich ersehnen wir aus innerstem Herzensgrund,
Tröste deine Getreu'n, welche da bangen, schnell!
Auf, du himmlisches Knäblein,
Komm' zum irdischen Vaterland!

Vor den heiligen Frau'n jene gepriesen sei,
Die das himmlische Kind heget in ihrem Schooss!
Den Lichtgeber, o bring' ihn,
Bring' Aurora ihn eilend uns!

O świetne pokolenie najwyższego Pana,
Narodź się już raz, narodź! z przeczystej Dziewicy;
Długo oczekiwany, od rana do rana,
Zstąp z łona Ojca, użycz nam bożkiej prawicy.

Pociesz śpiesznie strapionych! daj nam twego chleba,
O to ciebie Dziecino, w pokorze błagamy;
Spójrzyj przecie na ziemię z wysokiego nieba,
Przyjdź kość troski ziemi, otwórz szczęścia bramy.

O ty, nader szczęśliwa Panno! w świętych gronie,
Która już nosisz w sobie niebiańską ozdobę,
Ty, jutrzeńko, zrodzona na świętości łonie,
Zwiastuj nam prędko światło i szczęśliwszą dobę!



*

SIDUS III.

Christum de Virgine natum praesefert.

Quis fulta posuit te puer in casa?
Quis laedi tenerum frigoribus vetat?
Virgo summa Maria,
Quae flavam religat comam.

Simplex munditiis, dotibus aurea,
Quam semper nitidam, semper amabilem,
Sanctus Spiritus aura
Coelesti replet intime:

Natum virgineo confovet in sinu
Et lactat niveo nobilis ubere,
Dat solatia fenti
Mater sedula filio.

Hinc bos, hinc asinus creber anhelitu
In terra posito te refovet genu;
Quem plebs nosse negabit,
Hunc norunt animalia.

*

DAS III. GESTIRN.
Die Geburt des Heilandes.

O, wer legte dich, Kind, hier in die morsche Hütt',
O, wer wehret der Kält', dass sie nicht schade dir?
Unsre Jungfrau Maria,
Die ihr goldenes Haar sich flicht.

Schlicht und einfach besitzt goldene Mitgift sie,
Sie, die immer so schön, immer so liebenswerth,
Stets mit himmlischer Gnade
Ueberschattet der heil'ge Geist.

Auf jungfräulichem Schooss hegt den Gebornen sie,
Und an schneeiger Brust säugt sie das Jesuskind;
Eine sorgsame Mutter,
Stillt des Weinenden Thränen sie.

Hier verehret der Ochs, dorten mit rauhem Laut
Dich der Esel, indem betend das Knie er beugt;
Ihn erkennen die Thiere,
Den einst kennen sein Volk nicht wird.

*

GWIAZDA III.
O Chrystusie z Dziewicy narodzonym.

Któż cię dziecino złożył w stajence ubóstwa?
Jakież ręce twe ciało od zimna zasłonią?
Oto Najświętsza Panna, darem swego bóstwa
I czystości dziewiczej opiekuńczą dlonią!

Ona w swojej czystości złote cnoty zdobna,
Tchem niebieskim świętego ożywiona ducha,
Zawsze wypogodzona, Aniołom podobna,
Sercem troskliwej matki placz dziecka wysłucha.

Sama go na dziewiczym swém łonie piastuje,
Z śnieżnej piersi najświętszy pokarm mu dać spieszy,
Z miłością macierzyńską ciągle go pilnuje
I placzące niemowlę i pieści i cieszy.

Tutaj wół, a tam osioł oddechy czystemi,
Uklękawszy, to bozkie dziecię pokrzepiają;
Tego co lud nie poznał na tej świętej ziemi,
Tego już bezrozumne zwierzęta poznają.

Descendit superis huc quoque de polis
Cantans angelicus cum radiis chorus :
Summo gloria Patri,
Pax sit pacis amantibus.

Ad praesepe sono protinus exciti
Pastores veniunt a grege simplici:
Christo gloria nato,
Pax sit pacis amantibus.

Coelum dulcisonis carminibus sonat,
Per mundi resonant iubila machinam:
Uni gloria trino,
Pax sit pacis amantibus.

Auch von himmlischen Höh'n steigt hernieder hier,
Ganz umflossen von Glanz, singend der Engel Chor:
Ruhm dem ewigen Vater,
Friede Jedem, der Frieden liebt!


Durch das Tönen erregt, eilet der Hirten Schaar,
Ihre einfache Herd' lassend, zur Krippe hin:
Ruhm sei Christus dem Sohne,
Friede Jedem, der Frieden liebt!

Von süsstönendem Lied tönet der Himmel ganz.
Wiederhallend durchdringt Jubel den Weltenkreis:
Dem Dreieinigen Ehre,
Friede Jedem, der Frieden liebt.

Z górnych niebios zstępują i Aniolki małe,
Aby wdzięcznym swym chórem oddać Panu chwałę:
Chwała niech będzie Panu w miłości i wierze,
Pokój ludziom, co pokój zamilują szczerze.

Pastuszkowie gdy trzody na pastwisku strzegli,
Do żłobu przywołani od trzódek odbiegli,
Dzieciatku głoszą chwałę w miłości i wierze,
A pokój ludziom, pokój miłującym szczerze.

Niebiosów słodkie hymny wielbią bożkie dziecię,
Brzmi radość i wesele po przestronym świecie:
Chwała niech będzie Panu w Trójcy jedynemu,
A pokój, pokój wieczny wiernym Bogu swemu.



*

SIDUS IV.

Christum iuxta legem circumcisum declarat.

Lux octava suo lucet in ordine,
Lux divina nova lucet origine,
Infans nomen Iesus
Circumcisus habet datum.

Ex hoc annus habet principium die,
Quo primum voluit fundere sanguinem
Nuper natus Iesus
Largis non sine lacrimis.

Omnes huc homines currite perdit:
Hic est nostra salus unica parvulus:
Sanctum nomen Iesu
Nomen nempe salutis est.

Si quis iuncta videt damna periculis,
Amissisque timet pauperiem bonis,
Hunc ditabit Iesus,
Illum si pius invocet.

*

DAS IV. GESTIRN.
Die Beschneidung Christi.

Achtmal glänzte das Licht, welches der Sonn' entstammt,
Seit das göttliche Licht glänzte zum ersten Mal,
Als den Namen Jesus
Zur Beschneidung das Kind erhielt.

Von dem Tage beginnt darum das Jahr den Lauf,
Wo, geboren erst jüngst, für uns zum ersten Mal
Wollte vergiessen Jesus
Blut und reichlichen Thränenstrom.

Eilt im Laufe hieher, sündige Menschen all,
Hin zum Kind, das allein retten vom Tod uns kann;
Denn der Name Jesus
Ist der Name des Heils für uns.

Wenn da Einer in Noth und in Gefahr sich sieht,
Wenn der Güter Verlust Armuth befürchten lässt,
Dann wird Reichthum ihm Jesus
Spenden, wenn er in Demuth fleht.

*

GWIAZDA IV.
Chrystus Jezusem nazwany.

Już ósme w swym porządku światło zajaśniało,
W niém i początek światła bożkiego widziano,
A pierwszy obrzęd prawa dopełniając z chwałą,
Narodzonemu dziecku imię Jezus dano.

Od tego dnia rok każdy swój początek bierze,
Światu go przekazały lzy i krew dziecięcia,
Tę epokę naznaczył Jezus swojój wierze,
Bo ją w sobie poczyna i w sobie uświęca.

O ludu! zatracony, przybywaj w tę stronę,
Tutaj, przy tém dziecięciu tve zbawienie całe,
Godłem tego zbawienia, imię ubóstwione,
Imię Jezus świętością bogate, wspaniałe.

Jeśli się więc kto lęka o zgnębę w złój doli,
I ubóstwo mu grozi gdy utracą mienie:
Niechaj w modlach się odda świętój Boga woli,
A w nim zawsze pozyska pokój i zbawienie.

Si cui Leviathan insidias parat,
Si mundus satagit vel caro fallere:
Hic exoret Iesum,
Fiet tutior illico.

Si quem tabificus morbus habet diu,
Si cum terribili morte premit pavor:
Se commendet Iesu
Et solatia sentiet.

Hoc quicumque novum nomen amabile
Per concepta sibi vota vocaverit,
Hunc servabit Iesus
Fretum praesidio suo.

Wenn Leviathan dir trüglichen Fallstrick legt,
Wenn die Welt und das Fleisch dich hintergehen will,
O dann flehe zu Jesus,
Sicher wirst du gerettet sein.


Und wenn giftige Seuch' lang' dich darnieder streckt,
Wenn dich Furcht überkommt einstens im Todeskampf,
Dann, empfehl dich Jesu,
Tröstung fühlst du alsobald.

Wer den Namen so süß, kürzlich gegeben uns,
Anfeht und ein Gelübd' machet zu seiner Ehr',
Wohl behütet ihn Jesus,
Da auf Jesum er fest gebaut.

Jeśli na kogo szatan swe sidła zastawi,
Jeżeli świat lub ciało dobrego uwodzi:
Niechaj wezwie Jezusa, jego imię sławi,
A on go zabezpieczy i złemu przeszkodzi.

Gdy kogo znowu długa wciąż choroba nęka,
Jeżeli śmierć straszliwa przejmuję go trwogą:
Ulęgę mu zaraz sprawi bozka Pana ręka,
Skoro go tylko wezwie szczerých modłów drogą.

Ktokolwiek zgoła wzywa to imię tak drogie,
I na łaskę zasłuży ofiarnemi śluby,
Temu Jezus da życie szczęśliwe i błogie,
Bo sama ufność w Panu ratuje od zguby.





SIDUS V.

Christum a tribus Magis adoratum exhibet.

Quod fulget medio sidus in aëre,
Hanc reges Ephratae ducit ad insulam.
Ecquem vultis? Iesum?
Ista sub casula latet.

Ingressi stabulum sternimini solo
Et proni puerum corpore parvulum,
Regem mente supremum,
Confestim veneramini.

Surgentes humili poplite cernui
De gazis puero munera promite:
Aurum, thusque Sabaeum;
Et myrrhae lacrimas gravis.

Nunc vultum pueri cernite blandulum,
Nunc cum matre licet Virgine colloqui:
Hic est noster Iesus,
Huic nomen Mariae manet.

*

DAS V. GESTIRN.

Die Anbetung des Heilandes durch die h. drei Könige.

Jener Stern, der da glänzt mitten am Himmelszelt,
Führt gen Ephrata's Stadt edele Könige.
Wen denn suchet ihr? Jesum?
Seht, im Hüttlein von Stroh er liegt.

Tretet ein in den Stall, werfet euch nieder und
Mit gebeugtem Haupt ehret den Knaben klein,
Der zugleich auch der grösste
König: ehrt ihn mit gläub'gem Sinn!

Hebet wieder das Knie, das Ihr in Demuth bogt,
Spendet jetzo dem Kind' reichliche Ehrengab':
Gold, sabäischen Weihrauch,
Dazu Myrrhe, die thränenschwer.

Schaut sein Antlitz anitzt! lieblich und hold es ist!
Sprecht zur Mutter auch jetzt, zu der jungfräulichen!
Dieser ist unser Jesus,
Jene aber Maria heisst.

*

GWIAZDA V.

O Chrystusie uczczonym przez trzech mędrców.

Gwiazda co świetniej błyszczy na niebieskim świecie,
Do Betleem prowadzi trzech mędrców, trzech króli.
I kogóż więc szukacie? Czy Jezusa chcecie?
W téj chacie Jezus leży; zbliżcie się powoli.

A wszedłszy do stajenki, gdzie Pan na was czeka,
Na kolanach uczcijcie tę dziecinę małą,
Lecz wielką duchem Boga i duszą człowieka,
Bo w postaci dziecięcia bóstwem okazała.

Z korném czołem powstawszy, dobadźcie z skarbnicy:
Złota, kadzidla, miry, ofiarnicze dary;
Składajcie je Synowi przeczystej Dziewicy,
Z duchem tak samo czystej jak Marya wiary.

Śluchajcie tam miłego tego dziecka technienia,
To znowu mówcie z matką, patrzcie na jej lica:
Tém dzieciątkiem to Jezus, hasło wybawienia;
A tą matką Marya, przeczysta Dziewica.

Hunc olim Balaam pollicitus fuit,
Visurum Dominum se procul impius:
Haec est stella Iacobi
Splendens gentibus ex domo.

Spectatum satis est iam, proceres pii,
Gentes ista sciant nuncia plurimae:
Promptis ite camelis
Pergentes aliam viam.

Herodes etenim rex nimis improbus
Est vulpes animo callida subdolo,
Mox mactaret Iesum,
Hic si nosset eum fore.

Ihn verkündete einst Balaam frevelvoll,
Als des Herren er nah' schaute und also sprach:
„Selt den Stern, wie er leuchtet
Allen Völkern aus Jakobs Haus!“


G'nug jetzt habt ihr geschaut, fromme drei Könige,
Auf, den Völkern gebracht freudig die Botschaft nun!
Schnell steigt auf die Kameele,
Aber ziehet auf and'rem Weg!

Denn der Ruchlosen Haupt, König Herodes, ist
Gar ein listiger Fuchs, tückisch in seinem Sinn',
Der ermordete Jesum,
Wüsst' er, dass er zu Bethlehem.

Już i Balaam głoślił przyjście na świat Pana,
Że go i od bezbożnych oczekuje chwała;
Jestto ta gwiazda z domu Jakóba wysłana,
Aby po całej ziemi ludom przyświecała.

Lecz dosyć patrzaliście na oblicze boże,
Trzeba i mnogim ludom nieść pociechę błogą;
Siadajcie więc królowie na wielbłądy hoże,
Spieszcie do nich, lecz tajną dla Heroda drogą.

Bo król Heród okrutny i srogi, i skryty,
Ów lis szczwany co chytrą duszę nosi w sobie,
Utopiłby w Jezusie sztylet krwi niesyty,
Gdyby wiedział, że leży ukryty w tym żłobie.



*

SIDUS VI.

Christum in templo praesentatum manifestat.

Praesagit mihi mens nescio quid boni:
In templum placidus nos animus vocat.
Si dignaris eamus
Mox, mox, mi Simeon senex.

Aras summus adit, suspice, pontifex,
Et de more sacras immolat hostias:
Diversis holocaustis
It coelo redolens odor.

En praestans humili mente puerpera
Offert hunc domino filiolum Deo,
Torquatasque columbas,
Crepanis cereolum sacrum.

Hanc matrem reliquo consimilem gregi,
Lustrarique suo cum puero putant:
Atqui Virgo pudica
Sanctorum Dominum gerit.

*

DAS VI. GESTIRN.

Die Darstellung Christi im Tempel.

Gutes ahnet mein Geist heute, ich weiss nicht was,
Zu dem Tempel mich ruft friedliche Andachtsgluth;
Willst du, würdiger Simeon,
Gleich, gleich gehen zum Tempel wir.

Schau nur! Auf zum Altar steigt der Priesterfürst,
Heil'ge Opfer er bringt, wie es die Sitte ist;
Bis zum Himmel der Duft dringt,
Den entsendet die Opfergluth.

Dort demüthigen Sinn's stellet die Mutter dar,
Sie, die hohe, das Kind Gott, ihrem höchsten Herrn,
Ringeltäubchen sie opfert
Und Wachskerzen zu seiner Ehr'.

Eva's Töchtern sie gleich wähen wohl Alle und
Dass zur Reinigung sie sei mit dem Knaben hier;
Und doch ist sie die Reinste.
Und den Heiligsten bringet sie.

*

GWIAZDA VI.

O Chrystusie do kościoła przyniesionym.

Nie wiem co mi dobrego zwiastuje me serce,
Myśl wesola, chęć żywa wzywa do świątyni.
Symeonie! pospieszmy na święte kobierce,
Niech z nas każdy do chwały Pana się przyczyni.

Patrzaj! najwyższy kapłan dąży do ołtarza
I święte składa wedle zwyczaju ofiary:
I wznoszą się ku niebu, do światów mocarza
Woniejące wokół całopaleń dary.

Oto! i ta niewiasta w pokorze i wierze,
Łzę radości zroszone ocierając lice,
Daje swojemu Bogu to dziecię w ofierze,
Razem synogarlice i świętą gromnicę.

Sądzą wszyscy, że matka, jak niewiasty inne,
Wraz z synem w tej świątyni będzie oczyszczona:
Lecz nie! — tu czysta Panna, dzieciątko niewinne,
Świętych Pana wprowadza do śmiertelnych grona.

A quo tanta, precor, lumina dimicant?
An sol totus in hanc insiliit domum?
Hac lux fulget ab ara?
Non: hoc a puero venit.

Tardos accelera, mi Simeon, gradus,
Ulnis et puerum suscipe fervidis;
Huius lumine vultus
Iam vultum satia tuum.

Hunc in te residens Spiritus innuit
Quem visurus eras esse Dei micans
Lumen lumine Christum:
Nunc in pace mori iuvat.

Von wem strahlet so hell Lichtglanz zum Feuermeer?
Fuhr die Sonne denn ganz ein in das Gotteshaus?
Leuchtet also der Altar?
Nein, vom Knaben das Licht erglänzt.


Eile Simeon hin, ob auch der Schritt schon wankt,
Feurigliebenden Arm's drück' ihn an deine Brust;
In sein leuchtendes Antlitz
Schau' und sättige deinen Blick.

Nur der heilige Geist, wohnend im Herzen dein,
Liess durch göttliches Licht sehen noch Christum dich;
Der das Licht für die Welt ist:
Nun in Frieden du sterben magst.

Co to znowu za światło wkoło się rozszerza?
Czy całe słońce wpadło pod święte sklepienie?
Czyli może tak błyszczy od tego ołtarza?
Nie! to cud tego dziecka, to jego promienie.

Wątle już Symeonie chciój przyspieszać kroki,
I bierz na swoje ręce ten skarbiec uroczy,
A spełniając najwyższe niebiosów wyroki,
Nasyć niemi spragnione człowieczeństwa oczy.

Twój duch już przepowiedział, że to światło Boga
Ujrzysz w całym niebieskiej potęgi rozwoju.
Tém światłem więc sam Chrystus, w nim zbawienia droga:
Teraz błogo umierać, i umrzeć w pokoju.



*

SIDUS VII.

Christum puerum inter Doctores duodennem collocat.

Ad Christum puerum nunc pueri boni
Accedendo piis dicite voculis:
Felix hospes Iesu,
Expectatus ades diu.

Ecquid quaeso vales? unde redis precor?
Ut cessere tibi dic age singula?
Nam nos multa pericla
Vexavere miserrimos.

Herodes furiis impius horridis
Accensus, pueros undique bimulos,
Collectos, velut agnos
Ferro consecuit truci.

Qui quondam fuimus numine trimuli,
Fratrum terribilem vidimus, heu, necem!
Planctus astra parentum
Pervenere sub aurea.

*

DAS VII. GESTIRN.

Der zwölfjährige Jesus im Tempel.

Auf, Ihr Kindelein gut, gehet zum Christuskind,
Und mit fröhlicher Stimm' rufet in frommem Muth:
„Heil dir, Jesus, du Gastfreund,
Endlich kommst du, so lang' ersehnt.

Wie nun? Bist du gesund? Woher denn kommst du?
Sag'. wie ging es dir denn? Künd' es getreulich an!
Uns, uns Aermste bedrohte
Viele grausige Todesnoth.

Denn Herodes, von Wuth ganz und von Zorn entflammt,
Liess wie Lämmlein umher sammeln die Kindlein all';
Die zweijährigen aber
Mit dem Schwerte hinschlachtet' er.

Die drei Jahre wir da zählten durch Gottes Gnad',
Sah'n dem schrecklichen Tod, wehe! der Brüder zu,
Und der Eltern Geschrei drang
Zu den goldenen Sternlein hin.“

*

GWIAZDA VII.

O dwunastoletnim Chrystusie pomiędzy doktorami.

Spieszcież już do Chrystusa wy dobrzy młodzianie!
A przybywszy wołajcie słowy pobożnemi:
Witaj nam młody Jezu! witaj światów Panie!
Na tym nędznym padole, śmiertelnika ziemi.

Zkądże wracasz młodzianku? troskliwie pytamy:
Powiedz, jak ci się dotąd wszędzie powodziło?
Nas bowiem nieszczęśliwych, u przepaści bramy,
I wiele niebezpieczeństw i nieszczęść trapiło.

Zewsząd w kraju zebrane dwuletnie chłopięta,
Wściekły Heród, bez Boga, bez litości razem,
Jakby jakie niedawno zrodzone jagnięta,
Rozkazał pomordować swój żądy żelazem.

My co pod tarczą Boga, trzech lat doszli przecie,
Patrzeliśmy ze wstrętem na śmierć naszych braci,
Płacz rodziców się rozległ po gwiazdzistym świecie,
A Heród się ukazał w swój wilczój postaci.

Aegypto redii salvus ab infima
Multos ante dies in patriam meam:
Hic autem duodennis
Coelestem veneror patrem.

Ad me candiduli currite parvuli,
Vivendi specimem sumite nobile:
In sacram simul aedem
Hanc me concomitami.

Admiranda Dei cernimus in domo:
Doctores medio cum puero senes
Disceptant super illo
Messia memorabili.

Quam prudenter inops verba facit puer,
Quam solerter eis explicat abdita!
Nunc interrogat illos,
Nunc respondet acutius.

Doctos ingenium coelitus inditum,
Non longi senium temporis efficit:
Hic canus puer est bis,
Hi sunt bis pueri senes.

„Ich, ich kehrte gesund, fern von Aegyptens Strand
Schon vor einiger Zeit heim in das Vaterland;
Jetzt zwölfjährig verehr' ich
Hier den himmlischen Vater mein.

Zu mir kommt denn in Eil', liebliche Kindelein,
Von mir lernet die Weis', wie ihr zu leben habt,
Und als meine Genossen
Zieht mit mir zu dem Tempel dort.“

Wunderbares erschau'n wir in dem Gotteshaus:
Schriftgelehrte ergraut haben das Kind umringt,
Ueber Jenen sie streiten,
Der vom Herren gesalbet ist.

Wie so weise das Wort, welches der Knabe spricht!
Wie er ihnen so klar auf das Verborg'ne deckt!
Bald befraget er Jene,
Weise Antwort ertheilt er bald.

Weise machet der Geist, welcher vom Himmel kommt,
Nicht das Jahr und die Zeit, welche nur Greisthum schafft.
Doppelt Greis ist der Knab' hier,
Doppelt Kinder die Greise hier.


Z Egiptu ocalony wróciłem w te strony,
Do tój ojców krainy, do tój mojej ziemi,
A dziś gdy już dwunasty rok liczę skończony,
Ojca Ojców uwielbiam modły gorącemi.

Dla własnego więc do mnie schodźcie się pożytku,
I szlachetne obierzcie sobie życia wzory,
Wnijdziem razem do tego świętego przybytku,
Z modłami uwielbienia, wiary i pokory.

Cóż to znówu za cuda w tym pańskim kościele?
Widno sędziwych starców razem z tym chłopczykiem,
Z nim o wielkim Mesyaszu rozmawiają wiele,
A wszyscy go witali radości okrzykiem.

Jakże on zawsze skromny, jak mądrze rozprawia,
Jak jasno niezgłębione tłumaczy podania,
Jak czysto każdy przedmiot tym starcom przedstawia,
Jak trafną ma odpowiedź, jak trafne pytania!

Dla nabycia mądrości, lat długich nie trzeba,
Gdy swą mądrością natchnie Duch zesłany z nieba;
To dziecię, dwakroć starcem dojrzałością ducha,
A starzec dwakroć dzieckiem, kiedy go wysłucha.



De vita et scriptis
NICOLAI COPERNICI
Commentatio

a MARTINO RADYMINSCIO

Collegii Maioris Universit. Cracov. Professore

a. 1658 concinnata. ¹⁾

~~~~~

Verissimum olim fuisse, quod de Academia Cracoviensi Paulus Jovius (Historiarum sui temporis Libro XIII., mihi pag. 231) scriptum reliquit <sup>2)</sup>: praeter multos mathematicarum disciplinarum ac maxime astrologiae restauratores, Phoenix astronomiae in eadem Academia Cracoviensi natus et alitus Magister Nicolaus Copernicus comprobavit. Quo rari Phoenicis nomine non ambitionis aut arrogantiae cuiuspiam, sed veritatis gratia eum appello; quandoquidem a magnis aliis in hac scientia antistitibus illustrissimis ipse encomiis et titulis exornatur, ut ab Erasmo Reinholdo in praefatione ad Theoricis Purbachii: „praestantissimus artifex“ et circa explicationem Octavae Sphaerae: „novus ex Prussia, qui labantes mathematicas disciplinas revocavit, Ptolemaeus.“ A Clavio in Computo (Capite de periodo anomaliae aequinoctiorum et inaequalitate annorum): „post omnium hominum memoriam nostrae aetatis egregius mathematicus“ et in Libro supra Sphaeram de Sacro Bosco: „excellentissimus nostro hoc saeculo Astronomiae restitutor, quem tota posteritas grato semper animo tanquam Ptolemaeum celebrabit et admirabitur.“ Ab Ioachimo Rhetico cum Ptolemaeo libentius, quam cum quopiam alio, in sua Narratione comparatur, immo quod Deus ipsi regnum astronomiae sine fine dederit, agnoscitur. Gisio Tidemano doctissimo et prudentissimo viro, Episcopo Varmiensi „Aesculapius“ est; Josepho Scaligero „omni elogio maior“; Tycho Brahe „vir eximius, ingentis incomparabilis ingenii“. Phoenix a nobis nuncupatus ex eo, quod nonnisi unus et solus in orbe Sarmatico, sicut avis illa in sola nascitur et denascitur Arabia.

Natus est Nicolaus in Prussia Torunii civitate regia, patre Nicolao Copernico, qui pro stemmate gladium deferebat, ut videre est in imagine ab ipsomet Copernico depicta, quae ser-

---

<sup>1)</sup> Ex libro manuscripto in Bibliotheca Universitat. Crac. sub Nr. 225 asservato: Fastorum Studii generalis almae Academiae Crac. Tomi VII. per Martinum Radyminski Collegii Maioris Professore, S. Sedis Apostolicae Protonotarium a. 1658 consignati. Tomus IV. fol. 157 — 160.

<sup>2)</sup> „Sarmatarum regia Cracovia est, quam idem Vistula amnis interfuit. Ibi mathematicarum (disciplinarum) „studia maxime florent. Publice enim literarum studiosi bonas artes docentur, et in primis supputare siderum „cursus, atque inde temporum vices, incerta bellorum et in utramque hominum fortunam arcana fatorum aperire „consueverant.“ Pauli Jovii Novocomensis Episcopi Nucolini Historiarum sui temporis Tomus primus. Venetiis, Joan. Gryphus excudebat, 1532. Lib. XIII. pag. 231.



vatur in Bibliotheca Academiae Cracoviensis. Literarum rudimenta domi, literas Graecas, Latinas in Academia Cracoviensi excoluit. Navata praeclara in Dialecticis, Physicis opera, primam et secundam factus Magister Artium sumpsit lauream. Cum singulari animi affectione in medicinam et mathesim propenderet, utramque coniunxit. Maxime tamen mathematicis disciplinis sub optimo professore M. Alberto de Brudzewo, cuius non tantum in publicis auditor, sed etiam in privatis diligentissimus erat discipulus et observator, incubuit. Accendebant in bona mente illius ingens studium aetate pares et profectu eiusdem praeceptoris condiscipuli: Iacobus Cobylinus, is qui deinde Declarationem Astrolabii edidit, Bernardus Vapovius postea Cantor et Canonicus Cracoviensis, Nicolaus Schadek, Martinus de Ilkusz, omnes postea praestantissimi mathematici et in Academia Cracoviensi Professores, quibuscum non tantum ei in iuventute honestissima fuit conversatio, sed etiam per omnem vitam ad commune bonum restaurandae astronomiae omnium observationum fidelis communicatio.

Absolute omni studiorum in Academia cursu, visendae Italiae amore ductus, Bononiam, matrem studiorum in Italia, se contulit: ibi apud eximium virum Dominicum Maria Ferrarium facile gratiam ob similitudinem studiorum invenit, adiutorque et testis observationum, de quibus ipse mentionem facit, motuum Lunae fuit anno Christi 1497, Septimo Idus Martii, et Romae, ubi eum mathesim professum Mulerius scribit <sup>1)</sup>, anno 1500 post Nonas Novembris. Roma domum revertens, Patavii Medicinae Doctoratum, praemissa diligenti sectionis structurae humanae inspectione, magno cum applausu in cathedrali ecclesia ab Episcopo Paduano recepit. Reversus ad patrios lares lucrosam apud nos artem Aesculapii, cuius cognomen a Tidemano Gisio merito tulerat, tametsi ea maxime valeret, eam tamen nunquam nisi forte praebitis paupertinae tribui id pro amore Dei poscenti consiliis exercuit eo, quod ab avunculo suo Luca Watzelrod Torunensi, Episcopo Varmiensi, ad Canonicatum Varmiensem, cuius ordinis hominibus praxis medica interdicta est, promotus fuisset. In cuius fundi possessionem antequam pedem poneret, adversariorum Equitum Teutonicorum impedimenta et obices virtute et intercessionem magnorum in Curia Regis Poloniae virorum perrumpere debuit. Tandem causam, quae iustissima erat, vicit et certa in sede locatus ac omnibus necessariis abunde provisus, ad hos potissimum fines actiones vitae suae dirigebat: primum, ut Sacris quam sanctissime et religiosissime quot diebus operaretur et pensa divina quam devotissime absolveret; alterum, ut proximis notis et familiaribus nunquam sanis consiliis, praesertim vero pauperibus, quorum aliquando magnus numerus ubique iacet, deesset et in omnibus, in quibus illi fas esset, commo- daret; tandem quidquid temporis a superioribus muniis superesset, totum illud Uranoscopiae et Astronomiae restaurandae impenderet. Et hunc quidem scopum quam feliciter assecutus fuerit, orbi universo liquet. Tantum enim in studio mathematico excelluit, tantumque in restauranda Astronomia praestitit, ut post Ptolemaei tempora ad istud aevum nullus inventus sit, a quo astrorum scientiae maior facta sit accessio, quam ab ipso. Subticeant hoc invidi omnes, loquentur tamen cordati viri omnes quicumque opus Revolutionum ab ipso confectum inspererint penitus et medullam eius degustaverint, in quo uno, quod de Persio dicitur, saepius quam in tota Amazonide Marsus memoratur. Retexere operis eius contextum synoptice Copernicani non nostri est ingenii. Ut pro voto Archimedis terram statione sua absque ullo alio subsistendi loco moverit! qua gigantea vi eandem, ut astra sine ambagibus, quibus impliciti sunt, nec se illis unquam extricare possunt, qui orbis coelorum mobiles faciunt, quietis sideribus admoverit! Certe opus illud, quod triginta sex annis domi premebat, certatim a sapientissimis suae aetatis viris, ut Schonbergio Cardinali, fuit expetitum et magno sumptu exscriptum, licet ab iis, qui

<sup>1)</sup> Nicolai Copernici vita, auctore Nic. Mulerio, in Nicolai Copernici Torinensis Astronomia instaurata opera et studio N. Mulerii. Amstelrodami, 1617, fol. 8.

corticem non medullam spectant, quasi contraria phrasi Sacrae Scripturae in se contineret, passim ad legendum quibuscunque fuerit prohibitum; sed ab hac iniuria cum ab aliis, tum Galilaeo de Gallilaeis nostra aetate fuerit vindicatum.

Mihi vero doctrina Copernici cum ex eius fundamentis maxime probatur, tum vero etiam quod Sacrae Scripturae effatis et modo loquendi sit accomodata, sane divino vati Moysi et communiter omnibus aliis Ecclesiae Patribus Octava Sphaera firmamenti nomine appellatur. Iam eidem inhaerentes stellae omnibus philosophis fixae nuncupantur. Si Sphaera Octava movetur, quomodo firmamentum erit? si stellae ipsi infixae moventur et convertuntur, qua tandem ratione fixae vocabuntur? Videntur haec nomina desumpta ex antiqua Pythagoraeorum schola, quam Copernicus divinissimo praeditus ingenio excitavit. Vaga sidera dicuntur, quod moveantur, Graecis Planetae. Error in his nullus, ne quis erroneus ab errando putet dictos. Sic Ciceroni placet Lib. I. de divinatione:

Quae verbo et falsis Graiorum vocibus errant,  
Re vero certo lapsu spatioque feruntur.

Dicent hic aliqui forte: Fixas dici propterea, quod eandem inter se distantiam semper servant et retinent. Atqui si isto pacto philosophari placet, currus celerrime moti rotas fixas appellabimus, eandem enim et hac inter se retinent distantiam. Non ea mens veterum mathematicorum fuit, quorum sententiam recte expressit Cicero in libro de universitate. Quinque autem inquit, reliquis motibus orbem eum volunt esse expertem, immobilem et stantem, ex quo genere ea sunt sidera, quae infixae coelo non moventur loco, quae sunt animantia eaque divina, ob eamque causam suis sedibus inhaerent et perpetuo manent. Quae enim inter se eandem distantiam retinent, illa ad se invicem referuntur. Sic dicimus viam Athenis Thebas esse, viam Thebis Athenas. Fixum autem etiam de uno dicitur. Illud autem fixum est, quod est motus expertus. Ac iam non miror olim a Regibus et magnis tantum viris tractata haec studia fuisse. Nolebant imperitae multitudini proponere eam doctrinam, quae sensui, quo ducitur vulgus, repugnare videretur. Hanc etiam causam fuisse puto, propter quam Pythagoras quinquennii silentium discipulis iniunxit. Cum doctrina sensui repugnans proponeretur, non prius discipulus dubitationes proponebat, quam omnia, quae pertinerent ad propositae doctrinae intelligentiam, percepisset. At nunc quicumque accedunt ad oppugnandum mathematicorum scientias, mathematicum tam ignari sunt, ut ne prima quidem percipiant elementa. Tales fuerunt aliqui Copernici inimici, alii plerique invidi, quales non paucos utriusque sortis habuit Nicolaus vivens et mortuus. Vivens quidem ludimagistrum Elbingensem, qui Copernici nostri opinionem in theatro scenica maledicentia derisit. Praeterea aulicos quosdam, ut intelligi potest ex Tidemani epistolis et epigrammate Oveni, qui inquit:

Stare negas terram, narras miracula nobis,  
Haec dum scribebas, in rate forsitan eras.

Mortuus vero Scaligerum, Bodinum, Leovitium et alios. Leovitio iam satisfecit Rheticus in iis epistolis, quas ad Camerarium et Volphium scripsit, et ludicris aliis duabus. Scaligerum nemo adhuc aggredi ausus est propter eam eruditionem, qua celebratur. Bona tamen cum venia Scaligeri dictum sit, non philosophice Copernicum ab ipso esse acceptum. Quae vero, inquit in *Exercitationibus ad Cardanum*, nonnulli prodere ausi sunt, solis corpus longe propius nos esse, quam ab antiquis proditum sit, vel ipsa scripta spongiis, vel ipsi auctores scuticis sunt castigandi. Mentionem huius appropinquationis solis ad terram facit Melanchton in *Physica*, ex Copernico, ad quem Rheticus conscio Melanchtone praeceptore abierat.

Valentinus Otho in praefatione Operis Palatini cum Narratione Rhetici ad Schonorum, refert Copernicum ea tantum absoluta habuisse, quae ad planetarum motus demonstrandos pertinent, eo quidem tempore cum Rheticus ad Copernicum venisset, nihil porro de primi mobilis

doctrina per motum terrae demonstranda, quam tamen deinde hortatu Rhetici invenisset. Verum hoc manifeste contrariatur Narrationi Rhetici et ipsi chronologiae, quae colligitur ex Narratione. Enumerat libros omnes, librorumque argumenta Rheticus in illa Narratione, cum vix decem septimanas in perdiscendo opere Copernici posuisset. Et Copernicus ipse in sua ad Summum Pontificem praefatione narrat librum apud se pressum latitasse ad quartum novennium, Cardinalisque Schonbergius iam ante Rhetici in Prussiam adventum libros Copernici procurante Theodorico a Reden descripserat. Quid multa? Ita Copernicus innectit motum primum secundo, ut ab invicem divelli non possint.

Hieronymus Cardanus Libro V. de proprietatibus, ponit propositionem centesimam septuagesimam tertiam his verbis: Circulum super centro suo movere aequaliter, ita quod omnia eius puncta per rectam lineam moveantur ultro citroque. Demonstrationem ibi vide. Attribuit autem Cardanus inventum istud Ludovico Ferrario; sed bona cum venia Cardani dictum sit, vel Cardanum vel Ludovicum illum Ferrarium ista a Copernico descripsisse <sup>1)</sup>. Opus illud Cardani prodiit Basileae apud Henricum Petri, anno 1570.

Osiander specie amicitiae et officii Praefationem operi Copernicano praefixit, qua cum autorem operis quasi tueri et defendere apud lectorem satagit, ipse notam exigui profectus in mathematicis disciplinis sibi inussit. Haec enim ipsius sententia: Hypotheses astronomicas non est necesse veras esse, immo ne verisimiles quidem, modo phaenomenorum ratio reddatur, absurdissima est.

Ptolemaei hypothesis est: terram quiescere; Copernici hypothesis est: terram moveri. Si terra quiescit, non movetur; si movetur, non quiescit. Neutra ergo vera est? Atqui eorum quae contradicentia sunt, alteram partem necesse est esse veram, alteram falsam. Profecto Osiander multos decepit illa sua ad lectorem praefatione de operis Copernici hypothesibus. Decepit Nicolaum Raymarum Ursum Dithmarsum; decepit Bartholomaeum Keckermanum. Illum vide in Opusculo de hypothesibus astronomicis Pragae impresso, ubi multa, immo omnia contra Tychonem; hunc in Libro de locatione et loco. Liceat hic mihi parum digredi et quaerere: Quomodo cognosci possit utra hypothesis verior sit, Ptolemaeina an Copernicaea? De hac quaestione illum demum iudicem exopto, qui totam Astronomiam Ptolemaicam et Copernicaeam ad unguem teneat. Secus si fiat sensus iudicium ab astronomiae imperitis obiicietur: terram esse centrum mundi. Quod ipsum adhuc dubium est. Centrum enim est medium; medium sciri non potest, nisi extrema cognoscantur. Quis vero demonstravit coelum illud, quod videmus, extremum esse? Visibilia quaecumque a nobis videntur, ex eo spatio ad quod oculus longissime potest prospicere (si caetera paria sint), imagines dum in oculum incurrunt, iam eius spatii oculus est centrum. Dum enim eadem est medii tenuitas oculo huc atque illuc converso, vis visiva aequaliter in omnes partes extenditur. Quo posito, si oculus in vario situ ponatur, ex vi videndi aliquid in medio esse, probabiliter non concludi necesse est. Nunc enim oculus in superficie terrae constitutus haec, quae videt, putat esse Universum. Si idem poneretur in aliqua stellarum fixarum, dum in orbem vis videndi ab oculo aequaliter extenditur, quaecumque videret, ea iudicaret Universum esse, ac proinde situm sui in illa stella iudicaret in centro esse. Fallacia itaque haec argumenta sunt, quibus nonnulli philosophi probant terram in centro esse. Quae iam tanto fallaciora sunt, quanto nostra scientia magis magisque confirmatur ab oculari experientia. Oculus dum simpliciter in stellas dirigitur, videt eas, quas antiqui omnes observarunt: perspicillo vero adiutus multo plures conspicit, quasque antea nebulosas putavit, claras et lucidas videt. Itaque longius vis videndi tunc fertur et validius obiecta discernit. Quas igitur stellas extremas antea iudicabamus, intermedias esse opticum instrumentum

<sup>1)</sup> Vide Copernicum libro III. cap. 5 haec ipsa demonstrantem.

demonstrat. Atque hae observationes valde me in eam coniecturam trahunt, ut existimem stellas fixas non aequaliter a visu nostro distare. Quod sic a me dictum intelligi volo. Arcturus distat a nobis certa quadam distantia. Pleiadum aliqua distat ampliore intervallo, ita ut eius a nobis distantia superet Arcturi a nobis distantiam, idemque de caeteris stellis, quae innumerae conspiciuntur, intelligendum valde probabiliter iudico. Tanta enim stellarum congeries, quanta per instrumentum ad Galaxiam directum conspicitur, id evincere videtur. Ac fortasse congeriem illam iudicamus, quae fortassis congeries non est: stellae enim illae possunt inter se magno intervallo distare, quamvis a nobis sic conglobatae et in unum corpus quasi congestae videantur.

Quid si quis evicerit terram non esse centrum motuum coelestium? Sed ultra quam ratio propositi nostri a nobis deprecit, in refutationem inimicorum et invidorum Copernici proveci, ad cursum studiorum eius redeamus. Ad mathematicae studia humaniores literas honestissimae oblectationis gratia adhibebat et in illis fessum gravioribus profundioribusque meditationibus animam recreabat. Extat argutum epigramma Epithalamio praefixum, quod Ioannes Dantiscus decimus nonus Episcopus in ordine Varmiensis in Nuptias Serenissimi Poloniae Regis Sigismundi primi et Illustrissimae Principis Barbarae filiae Stephani Comitis Cepusiensis Cracoviae a. 1512 typis ediderat:

Νικόλαος ὁ Κοπέρνικος  
πρὸς Ἰωάννην τὸν Λινδοδεσμῶνα.

Hic est dictus ubique Curialis,  
Est et nomine reque Curialis,  
Musarum studiosus est lyraeque  
Verbis carmina iungit ex solutis  
Nexu non pereunte λινοδεσμῶνα.

Vocabatur enim is episcopus Joannes de Curiis Dantiscus.

Fama est, Copernicum reliquisse volumen grande epistolarum eruditissimarum, in quibus tum medica, tum philologica, immo et mathematica potissimum de motu Octavae Sphaerae amoeniora solvit problemata, quas omnes in manibus praeclarus vir Ioannes Broscius, ut ait Petrus Gassendus <sup>1)</sup>, habuisse et collegisse scribitur.

Nunc ad reliquum vitae eius descendamus. Sane qua fuit in mathematicis et aliis gravioribus scientiis sapientia, pari quoque extitit in rebus agendis prudentia. Nam in gravissimis rei publicae mysticae et politicae negotiis Capitulum Varmiense Nicolao uti semper solitum erat, sive sede episcopali vacante administratore opus habebat, sive ad Comitum Regni, in quibus gravissimae disceptationes oriebantur, legato et oratore indigeret. Post mortem Fabiani de Lusianis decimi septimi in ordine Episcopi Varmiensis in Administratorem Episcopatus omnium concordibus votis Nicolaus electus erat, duravitque in eo officio ad Mauritii usque Ferber confirmationem. Cumque bona episcopalia partim a Magistro Ordinis Teutonicorum, partim a regiis Capitaneis tenerentur, opera et studio Nicolai pristinae libertati ecclesiasticae sunt restituta. Decima enim Iulii anno 1524 mandato regio Nicolao Copernico tamquam Administratori, Ioanni Crapitio et Felici Reich Capituli nuntiis restituta postmodum fuere.

Illud vero non minus gloriosum est eius in Comitibus Regni Posnaniensibus factum: quod cum circa usum monetae deterioris fraude Magistri Prussiae factae multa et perplexa valde esset mota quaestio, ipse canones quosdam confecit, certamque rationem monstravit, qua in Polonia, Prussia et Lithuania cuiusvis sortis pecunia iusta aestimatione cursum suum tenere valeret.

Sacrum sacerdotii regalis officium ex amussim perficere semper studuit, Deum humiliter orando, divinam eius maiestatem pro se et omni populo sacrificiis missae placando, aliis ad

<sup>1)</sup> Tychonis Brahei vita, auctore Petro Gassendo. Accessit Nicolai Copernici, Georgii Peurbachii et Ioannis Regiomontani Astronomorum celebrium vita. Editio secunda. Hagae Comitum, 1655, pag. 322.

pie et iuste vivendum vita exemplari facem praeferendo. Opus Revolutionum, quod usui Ecclesiae catholicae fore sperabat, Paulo III. Farnesio Summo Pontifici dedicavit; ab omni fastu, superbia et elatione animi alienissimus omnes superioris aevi mathematicos reverenter, novitios autem ad se accurrentes, ut Ioachimum Rheticum liberaliter habuit. Gisio Tidemano ut pro bono Ecclesiae et bonarum disciplinarum augmento tabulas et opera sua ederet, precibus et convitiis id amicorum dedit, ipse aurum inde nunquam captare voluit. Quare opus Revolutionum aliena opera editum, priusquam moreretur, vidit sed non revidit ad aeternitatem prope-rans, ut cominus coelos et astra contueretur, de quibus eminus sapientissime disserebat. Mortuus est Frauenburgi a. 1543 et in ecclesia Varmiensi tumulatur. Gisius Tidemanus aliquot verbis totam illius vitae ideam compendio comprehendisse in epistolis cum ad Georgium Donnerum, tum ad Ioachimum Rheticum, videtur. Ad illum quidem, quod vita incolumi solitudinem amavit; ad hunc vero, quod erat ad omnia, quae non essent philosophica, minus attentus: quae omnia ex antedictis epistolis melius cognosces. Istaenimirum dotes sunt animi vere philosophici, quas Cicero alicubi eleganter expressit: Difficile, inquit, esse in omni philosophia multa esse nota illi, cui non perpetua etc.

Martinus Cromerus vigesimus secundus in ordine Episcopus Varmiensis epitaphium marmoreum super sepulchro eius posuit, sculpique haec verba ex veteri Academicorum Cracoviensium forma mandavit:

D. O. M.  
R. D. Nicolao Copernico Torunensi  
Artium et Medicinae Doctori,  
Canonico Varmiensi,  
praestanti Astrologo et eius disciplinae  
instauratori  
Martinus Cromerus Episcopus Varmiensis  
honoris et ad posteritatem memoriae causa  
posuit.  
MDLXXXI.

Obit Anno Domini MDXLIII. Die xxiiii. Maii.

M. Ioannes Broscius mathematicum in Academia Cracoviensi Professor vivam eius plane effigiem in Bibliotheca interiori cum velamine venerationis gratia maiori parieti summo affixit. Epigrammatibus autem sic lusit:

1.

**In Ptolemaeum et Copernicum duo naturae miracula.**

Nile tuum iactas Ptolemaeum: nosque fatemur  
Ornamenta tibi hunc magna dedisse virum.  
Nam tua Syntaxim construxit ad ostia magnam,  
Coelestes numeris explicuitque vias.  
Laude Copernici, qui Vistulae ad ostia terram  
Movit, adaequat se Vistula Nile tibi.  
Sume paris socium laudis, quid Nile recusas,  
Si, quo te iactas, iam Ptolemaeus habet?

2.

**Aliud eiusdem argumenti.**

Nile quid ob Dium Ptolemaeum despicias omnes  
Terra patens fluvios quot modo cunque gerit?



Nam mea coelestis Ptolemaeus ad ostia, dicis,  
Magna Syntaxis grande paravit opus.  
Ast o Nile tuae compar iam laudis habetur  
Istula, quae septem fusa trione fluit.  
Huius enim ad rivum mens illa, Copernicus, alta  
Immotam ad numerum currere fecit humum.  
Quod si te nomen Ptolemaei detinet: istum  
Si bene pervideas, fors Ptolemaeus erit.

3.

**In duos Cosmographiae ocellos synchronos  
Copernicum Astrologiae, Columbum Geographiae.**

Quid terrasque novas nunc Antipodasque relectos  
Miramur? tellus fixa diu iacuit:  
Ut vero hanc movit summo Copernicus ausu,  
Discretæ Oceano quae latuere prius  
Gentes inspectae, magno monstrante Columbo.  
Utrius ergo horum gloria maior erit?

4.

**A l i u d.**

Adversas pedibus gentes reserando Columbus,  
Deportat magni nominis inde decus.  
Hanc tibi sed prius divine Copernice famam  
Deberi, doceo fors ratione mea:  
Nam tu cum terram varios provolvis in orbes,  
Difficile haud fuerat clima videre novum.

5.

**In turrim Copernici.**

Extollant alios statuæ, vanique colossi  
Bustaque magnificis condita marmoribus,  
Pyramidesque alios quaesiti forma decoris  
Quicquid et humanus fecit inane color:  
Hanc turrim grandis mens illa, Copernicus, alte  
Surrigit Istuleo Varmia in ore tuo.  
Erronum et terrae hinc secreta volumina cernit,  
Hinc solem immotum et sidera fixa notat.  
Ergo illum superi mirati desuper, isthinc  
Ingenium et pulchri dispicit omne poli,  
Turris ea esto (aiunt) inter miracula mundi,  
Cui neque consimilem barbara Memphis habet.

6.

**In eandem.**

Viderat in coelum porrectas Divus Iacob  
Scalas, ascensu quae patuere bono.  
Scilicet hinc etiam Copernicus arduus, alto  
Dicitur hinc scalas applicuisse polo.

Quamve sit hoc verum, monstrant coelestia scripta  
Quae firmat stellas orbe rotatque solum.

7.

Copernicus de se ipso.

Me genuit Torunna, Cracovia me arte polivit,  
Inter habet primos Varmia clara patres.

M. Nicolai Zoravii.

Iupiter ut vidit quod mente Copernicus orbem  
Contra naturae iura creasset homo;  
Ut vidit coelum firma statione teneri,  
Currente et terra sidera stare bene,  
Anxius atque memor quid possent bella Gygantum  
Aut aliquem in terris fors superesse Deum,  
E cunctis quaerit Divorum matribus, an sit  
Quae tantum dicat se genuisse virum?  
Non sumus illius Divae dixere Tonanti,  
Sed Iagellonis docta palaestra parens.

M. Stanislai Biezanovii.

Sistere coelestes poterat Copernicus orbem,  
Ad numerosque gravem currere fecit humum,  
Expavit tantos trepidans natura lacertos  
Praecipites poterant qui cohibere rotas,  
Grandia nec Mathesi deerant miracula, fixum,  
Dum videt insolitis legibus ire solum.  
Attonitas incerta diu sententia mentes  
Visaque percelebres detinuisse scholas,  
Mox faciles animos, mox pronas reperit aures,  
Victaque non solito dogmate corda trahit  
Ardua sublimes animos doctrina Sophorum  
Traxerit in partes quod Nicolae tuas  
Quid stupeam? immensos licuit tibi sistere coelos,  
Telluremque novas edocuisse vias:  
Cur tibi non liceat mortalia sistere corda?  
Cur homo non cedat, si sibi cessit humus?

Effatum Nicolai Copernici. Nicolaus Copernicus astronomiae instaurator semper in ore habuisse fertur: Ad astronomiae non modo restaurationem, sed ad vel mediocrem saltem cognitionem assequendam necessario requiri perfectam cognitionem totius Euclidis, non duntaxat priorum aliquot librorum: secundum illud Platonicum auditorio praefixum symbolum: Ἀγεωμετρητος οὐδεις εἰσὶτω. Haec habet Nicolaus Raimarus Ursus Dithmarsus in Tractatu astronomico et cosmographico.







KOLEKCJA  
SWF UJ

A

899

Biblioteka Gł. AWF w Krakowie



\*1800068176\*